

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. VII. TIT. IX. Vsvfrvctvarivs Qvemadmodvm Caveat.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

**VSVFRVCTVARIUS QVEM-
ADMODVM CAVEAT.**

Qv. I. *An fructuarius restituat fructus ante cautionem
præfitalam perceptos?*

Laut. pag. 131. verb. **N**E G. Quia jus utendi fruendi habet etiam ante cautionem præfitalam, quippe cum non cautio, sed jus cautionis sit de substantia negotii: sup. tit. 5. q. 2. modo ususfructus actu constitutus sit a terim &c. proprietario, & mora constituentis fiat, quo minus cautio exigatur. l. 24. in f. pr. de Uſuſr. leg.

Ob J. L. 24. in f. pr. verb. igitur usuras nominum in haereditate relistorum ante cautionem interpositam debitas veluti sortem in cautionem deduci necesse est. ff. Uſ. legat. adeoque ibi lucratur tantum fructus post interpositam cautionem perceptos.

R E S P. Loquitur de fructibus & usuris jacente haereditate ex sorte quæsitis, hæ enim augent haereditatem, quia jus legatarii non incipit, nisi a die aditæ haereditatis, indeque fructuarius has usuras non lucratur, nisi præfita cautione (qua statim ab adita haereditate offerri potest,) sed pro sorte habentur, & ille de iis restituendis cavet. Sectis vero in fructibus & usuris post aditam haereditatem ex sorte legata quæsitis, jain enim jus fructuarii incipit, & sic, si in mora offerendi cautionem non est, privari usuris nequit, diserte hoc dicitur in d. l. 24. *Non idem servabitur nominibus ab haerede factis, tunc enim sortes duntaxat legatario dabuntur, at, quod propter moram usuras quoque reddi placuit, non cavebitur: clare inquam afferitur, statim ac nomen haereditis fit, (quod fit post aditam haereditatem), fructarium acciri & sortem, &, propter moram haereditis, qui cautionem acceptare moratur, usuras, neque eum de his cavere; ut proinde hic textus magis confirmet sententiam nostram.*

Atque de hac praxi testatur *Laut. pag. 131. in f. Bus. ad d. l. 5. n. 6. Gail. 2. 46. n. 6. seq.*

*Laut. pag.
131. verb.*

*Sed, non
est sub-
stantiale
&c.*

Qv. II. *An cautio sit de substantia usus-
fructus?*

NE G. vid. supr. tit. Uſuſr. ear. rer. q. 2.

Qv.



QV. III. *An donator rei, qui usumfructum sibi reservavit, cavere debeat?*

NE G. Quia cautio exigitur ab eo, qui usumfructum acquirit, non *Laut. pag.* *132. verb.* vero ab eo, qui ipse dominus est, & alii solam proprietatem *132. verb.* concedit, reservando sibi usumfructum; ab eo enim nihil exigi potest, quoniam *re i. 132. verb.* *Donator* *rei &c.* quod ipse concessit, non concessit autem aliud, quoniam *quod ipse concessit, non concessit autem aliud,* alter finito usufructu rem petere possit, non ergo cautionem. Deinde (2) ille alienationi rei sue legem dicere potest, nec valet nisi quoniam dixit. *I. 20. §. 1. paſt. dot.* Neque (3) SCtum disponit de usufructu, quem quis in re propria sibi retinet: Unde (4) communiter Dd. concludunt mitius agendum cum eo, qui ex liberalitate sua convenitur. *arg. I. 62. ff. aedil. Ed. & I. 49. ff. Re jud. vid. Gail. I. 2. O. 145. n. 14. ibique Dd. Treutl. V. I. D. 16. th. lit. a. ibique Dd. & Bach.* Dissentit *Laut. pag. 132. ibique Busus, & Socin. apud Mynf. a. I.* Atque haec sententia (5) in praxi obtinet, ita enim in Camera imperiali pronunciatum ait *Mynf. cent. 5. Obs. 36. Conf. Decius conf. 265. Alex. Conf. 54. Perus. conf. 271. &c.*

EX C. Si de dolo suspicio adsit, sane de dolo donator se obligare & debet, & solet; ne quod benigne contulerit, fraudis consilio revocet. *I. 62. aedil. Ed. I. 18. §. f. Donat. c. 40.*

Qv. IV. *An jure Civili usufructuarius praecise caveat fidejussoribus?*

NE G. Sed pignoribus quoque cautio de jure fieri potest, quia nec *Laut. pag.* fit judicii, nec in judicio: extra judicium autem plus cautionis *132. verb.* est in re; de quo plenius sup. *I. 2. t. 8. q. 1.* *jure Civili*

Idque moribus obtainere ipse Autor fatetur. *Conf. Fach. I. 8. hic caveatur fidei &c. 40.*

Qv. V. *An cautio haec a proprietario remitti possit?*

RESP. Cautio de utendo boni viri arbitratu in vero, & de refl. *Laut. pag.* tuendo in quasi usufructu nullo modo, nec a proprietario, nec *133. verb.* a testatore remitti potest. *I. 6. ut in poss. leg.* Posterioris enim re. *vel a proprietario missio* esset contra formam negotii SCto constitutam, *I. 1. in f. C. &c.* *usufr.*



usufr. l. 2. l. 7. pr. us. ear. rer. Prioris vero remissio abutendi facultatem concederet, indeque pactio turpis est. *d. l. 7.* Adeo ut nec sufficiat, si testator jubeat hæredem pauperem accipere fidejussorem. *Gail. l. 2. O. 145. n. 13.*

Ob. J. (1) L. 1. C. SS. Eccl. l. 2. C. ut in poss. leg. Auth. sed cum C. Ad Leg. falc. ubi dicitur testatoris voluntatem pro lege esse, eumque proprietatem qua vult lege relinquere posse.

R E S P. Secus se res habet si dispositio turpis vel contra formam negotii sit.

Ob. J. (2) Quod proprietarius suo favori renunciare possit. Gail. l. 2. O. 145. n. 12.

R E S P. Falsum est cautionem hanc requiri in favorem proprietatis, sed ad formam negotii pertinet, quia vicem proprietatis sustinet; hæc forma lege constituta pactis privatorum tolli non potest.

Remitti cautionem a proprietario posse statuit *Laut. pag. 133. ibi que Dd. Gail. 2. O. 145. n. 12. Gozad. conf. 91. n. 6. Carpz. p. 3. c. 13. d. 12. n. 1.* Imo testatoris quoque remissionem valere, si hæres sponte consentiat, ex ratione in *obj. 2. allegata concludit Gail. d. l. n. 12.* Quin & simpliciter id asserit *Dn. Stryk. U. M. h. §. 4.* Sed cum rationes Dd. iam explosæ sint, merito rationi juris inservimus.

N o t. (1) Omitti cautio hæc potest, quia nec pactum, ne dum turpe, intervenit, nec contra formam negotii committitur, quia durat jus exigendi cautionem, quod jus de substantia negotii est. *l. 3. in f. l. 5. §. 1. h.*

N o t. (2) Cessat hæc cautio (1) in donatore, vid. *sup. q. 3.* (2) in patre habente usumfructum bonorum adventitiorum. *l. f. §. fin. autem C. bon. quae lib. Gail. l. 2. O. 145. n. 13. Et Obf. 72. Mynf. 2. O. 93. n. 15. H. Piſt. l. 4. q. 11. n. 12.*

N o t. (3) Ast reliquæ cautions, de restituendo, &c. in vero usufructu remitti possunt, *l. 7. C. ut in poss.* nulla enim hic est turpitudo, & nihilominus fructuarius finito usufructu rem repetere potest.

Plura de his, variasque Dd. sententias, videre licet apud *Fach. l. 8. c. 42. Et 43.*

LIB.



SERVITUTIBUS.

Qv. I. *Quid sit servitus rustica, quid urbana?*

ALII Servitutes ab intrinseca sua natura estimari putant; *Bach.* & *Laut.* pag. *Vinn.* ad §. 2. h. t. ALII a loco, l. 2. pr. *Serv. rust.* ALII 133. verb. ab usu. *Laut.* p. 136. pr. *Stryk.* U. M. h. §. 1. Nos vero ab objecto, *In urbanas & rusticis &c.* se re quæ servit, dignoscendum esse, num servitus sit urbana, num rusticus, mox exponemus.

Præmittendum vero est (1) usum tum prædii *urbani* tum *rustici* duplicum esse, illius enim usus in habitando & asservandis mercibus, *hujus* in agricultura & pecorum paſtu consistit. (2) Prædia *rustica* ex usu juris esse omnes fundos jacentes, *urbana* vero omnia ædificia eti⁹ ruri posita: ita nervose JCtus in l. 3. h. *Servitutes praediorum alias in solo, aliae in superficie* consistunt. l. 1. com. *Praed.* ibi: *aedificia urbana quidem praedia appellamus.* §. 1. *Inst.* h. ibi: *quia aedificia omnia urbana praedia appellamus, eti⁹ in villa aedicata sint.*

His positis facile constabit, quidnam sit servitus urbana, quid rusticus: **I**LLA enim est, quam ædificium ædificio vicino debet, eti⁹ illud ruri positum sit, per text. expr. in §. 1. *Inst.* h. *Praediorum urbanorum servitutes sunt haec, quae aedificiis inhaerent &c.* eti⁹ in villa aedicata sint & in l. 2. pr. com. *praed.* Caeterum eti⁹ in villa aedificia sint, aequæ servitutes urbanorum praediorum constitui possint. Unde e contrario jam sequitur SERVITUTES RUSTICAS esse, quæ solo inhærent, l. 3. h. eti⁹ in urbe debeantur. arg. d. §. 1. & d. l. 1.

Atque hinc (1) si vicinus pér aream meam, vel domum ire potest, erit servitus rusticus, quia fundus servit non ædificium, contra l. 20. pr. & §. 1. *serv. P. U.* Idem quoque (2) si per vi- cini domum aqueductus, actus &c. competit, hic solo inhæret servitus, non superficie, indeque erit rusticus: contra *Legem II. §. 1. de Publ. in rem.* Et sic e contrario (3) si rusticus vicino ædificio, villa, stabulo, &c. servitutem altius tollendi, &c. debet, non erit rusticus, sed urbana, quia non fundus debet, sed ædificium: contra *Legem 2. Serv. P. R.* Idem in reliquis servitutibus urbanis, quæ etiam in villa constitui possunt, per text. expr. in l. 1. pr. ff. *com. praed.* adeo ut, si stabulum vel horreum quoque concedatur ad af-

Ttt 3

fer-

